

Bischof Angilmodus über die Taufe

Ein Beitrag zur spätkarolingischen Tauftheologie

Von FRIEDRICH STEGMÜLLER

Codex 64 der Biblioteca Capitular in Barcelona enthält f. 93 v — 97 r einen Libellus de ordine scrutinii. Die Handschrift stammt aus dem Anfang des X. Jahrhunderts und enthält auf 327 Blättern 32 verschiedene, oft anonyme Stücke; an Verfassern werden genannt: Isidor von Sevilla, Rabanus Maurus, *Epistola ad Macarium* (PL 107, 669—671), Boethius, *De trinitate* (PL 64, 1247—1256), Hieronymus, *In Zachariam*, *Gregorius Magnus*, *In Ezechielem*; am Schluß steht der Kommentar des Gregor von Elvira zum Hohen Lied¹.

Der Verfasser des Libellus De ordine scrutinii nennt sich selbst Angilmodus und widmet seinen Traktat einem Bischof Odo.

Angilmodus dürfte niemand anders sein als Engelmodus, Presbyter in Corbie, der 862 Bischof von Soissons wurde und Ende 864 oder Anfang 865 starb. Von ihm sind bisher nur drei Gedichte bekannt, eines an Agius, 843—867 Bischof von Orléans, eines an einen unbekannten Bischof, hinter dem man Drogo von Metz (823—856) vermutete, und eines an Paschasius Radbertus, der 842—852 Abt von Corbie war und 860 starb².

Veranlaßt wurde der Libellus durch den Auftrag eines Bischofs Odo. Dieser dürfte wohl gleichzusetzen sein mit dem Abte Odo von Corbie, dem Nachfolger des Paschasius Radbertus und dem erfolgreichen Verteidiger Corbies gegen die Normannen, der 861 Bischof von Beauvais wurde und 881 starb³. Da der Libellus den Kathedralritus

¹ Eine genauere Beschreibung des Codex erscheint demnächst in: *Scrinium. Publicación periódica del Archivo y Biblioteca Capitular de la S. I. Catedral de Barcelona*, fasc. 16 (1958); über die anonymen Bibelkommentare des Hs. vgl. F. Stegmüller, *Repertorium Biblicum Medii Aevi VI* (1958) nr. 8550 bis 8581. Für die Besorgung der Fotokopien sage ich Herrn Canónigo Archivero José Oliveras Caminal in Barcelona herzlichen Dank. ² Die drei Gedichte wurden nach cod. Paris, nat. lat. 7499 (X), der einzigen Hs., in der sie erhalten sind, ediert von L. Traubé, in: MGH, *Poetae latini aevi Carolini III* (1896) 55—66; das Gedicht an Paschasius Radbertus steht auch PL 120, 25—28. Über Engelmodus vgl. Hist. Litt. France V (1740) 329—332 und M. Manitius I (1911) 411—412. ³ Über Odo von Beauvais vgl. Gams 511; PL 119, 585—587, 601; PL 124, 1109—1112.

der Taufspendung voraussetzt, liegt die Annahme nahe, daß Odo diesen Auftrag gab, als er Bischof von Beauvais wurde. Demnach dürfte der *Libellus de ordine scrutinii* etwa im Jahre 861 in Corbie verfaßt worden sein⁴. Dies wird dadurch bestätigt, daß allem Anschein nach Angilmodus noch nicht Bischof war, als er den *Libellus* schrieb.

Der *Libellus* ist nicht so sehr eine Beschreibung des Ritus der Taufe als eine Deutung seines Sinns. Als seine Absicht nennt Angilmodus: *catechumenorum sive competentium causam, defloratis undique occurrerint patrum sententiis, vel proprio vel eorum depingere stilo.*

An Quellen konnten festgestellt werden: Der etwa um 500 an Senarius geschriebene Taufbrief des römischen Diakons Johannes, des späteren Papstes Johannes I. (523—526), der etwa um 550—620 verfaßte *Ordo Romanus XI* (Mabillon VII), Isidors von Sevilla (600—636) *De ecclesiasticis officiis*, Homilien Bedas (673 bis 735)⁵. Mit der frühkarolingischen Taufliteratur weist der Tauftraktat des Angilmodus zwar Berührungen auf, aber diese sind nicht auf direkte Entlehnungen, sondern auf die Benützung der gleichen Quellen zurückzuführen⁶.

⁴ Corbie hatte schon im IX. Jahrhundert eine bedeutende Bibliothek. Vgl. L. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits II* (1874) 111—121, 126—133; A. Willmartin: Dict. Arch. Chrét. Lit. III, 2 (1914) 2913—2958. ⁵ Den Hinweis auf die Zitate aus Isidor von Sevilla und Beda verdanke ich P. Alba n Dold OSB in Beuron. ⁶ Alcuin (730—804), *Ep. 90 ad fratres Lugdunenses* (PL 100, 292); *Ep. ad Oduinum* (PL 101, 611—614), cf. Duemmler, MGH Ep. Carol. II (1895) 202, 214. Im Jahre 812 richtete Karl der Große eine Anfrage an die Metropoliten über die Gebräuche bei der Spendung der Taufe. (MGH Leg. I, 171. PL 99, 992.) An Antworten sind erhalten: Amalar, *Ep. de caeremoniis baptismi* (PL 99, 890—902); Jesse, B. v. Amiens (799—856), *Ep. de baptismo* (PL 105, 781—791); Leidrad, EB. v. Lyon (798—816), *Liber de sacramento baptismi* (PL 99, 853—872); Magnus, EB. v. Sens (801—818), *Libellus de mysterio baptismatis* (PL 102, 981—984); Maxentius, Patriarch v. Aquileja, *Ep. de significatione rituum et caerimoniarum baptismi* (PL 106, 51—54); Odilbert, EB. v. Mailand (803—814), *Liber de baptismo* (ed. F. Wiegand, *Erzbischof Odilbert v. Mailand über die Taufe*. Studien z. Gesch. d. Theologie u. d. alten Kirche IV, 1 [1899] 27—57); Theodulf, B. v. Orléans (798 bis 818), *Liber de ordine baptismi ad Magnum Senonensem* (PL 105, 223—240). Dazu kommen einige anonyme Stükke: Non. *Ep. ad Carolum Magnum, Inc.*: Placuit vestrae incomparabili prudentiae (PL 98, 938—939); Non. *Ad capitula Caroli Magni, Inc.*: Haec sunt causae (PL 98, 939—940); Non. *Brevis tractatus de sacramento baptismi, Inc.*: Primitus enim paganus catechumenus fit (ed. E. Martène, *De antiquis ecclesiae ritibus*, lib. I [1700] 161—162); Non. *Traditio baptisterii, Inc.*: Primo paganus, postea catechumenus fit. Accedens ad baptismum (PL 105, 791—792); Non. (P. Maxentius), *Collectanea de antiquis ritibus baptismi, Inc.*: Catechumeni sunt, qui primum de gentilitate (PL 106, 53—58); Non. (P. Amalar), *Inc.*: Gratias etenim agimus Deo omnipotenti (ed. G. Morin, Rev. Bénéd. 13 [1896] 290—292); Non. *Ep. ad Carolum Ma-*

Im folgenden soll nun der Text dieses schönen und eindrucksvollen Beispiels spätkarolingischer Tauftheologie vorgelegt werden⁷.

Angilmodus de Soissons

Libellus de ordine scrutinii

B = Barcelona, Biblioteca de la Catedral 64 (X) f. 93 v—97 r.

[Epistola dedicatoria ad Odonem episcopum]

Domino, sacrae religionis¹ non minus merito quam dignitate conspicuo, Odoni, episcoporum sanctissimo, Angilmodus², vestrorum infimus.

Optime memor impeditioris facultatis meae, qua ad aliquid scribendum ultroneus numquam progredior, alicuius vero imperiis invitus cogor, si auctoritati vestrae, cui me totum novi debitorem, aliquo veniabilis obtentu excusationis obniti vel auderem vel possem, quando mihi aliquid vobis gratum, legentibus proficuum iniungitis exarandum, mallem tacendo inertiae³ meae hebetudinem tute premere, quam etiam simplicium iudicio conspuendam⁴ periculose prodere. Apud quos forsitan non facilem audaciae incautioris merebor, quam opto veniam, qui ipse mihi scribendo moveo calumniam.

gnū, Inc.: O serenissime atque piissime Auguste, praecepit nobis dignitas vestra, erhalten in Orléans, cod. 94 (cf. G. Morin, Rev. Bénéd. 13 [1896] 294 not. 2); Annon. De Baptismi officio ac mysticis sensibus, eorumque auctoribus nominatim designatis, et de ordine venientium ad fidem eiusdemque mysterii, Inc.: Isidorus: Primus gradus est catechumenorum (ed. A. Wilmart, *Un florilège carolingien sur le symbolisme des cérémonies du baptême*. Analecta Reginensia [1933] 157—170 [aus cod. Vat. Regin. lat. 69 f. 116—122]). Eine Darstellung der Skratinien aus der Zeit 858—867 soll sich finden in Rom, Bibl. Vittorio Emanuele, cod. Sessor. 52 f. 111 r—117 v. ⁷ Vgl. Ph. Oppenheim, *De fontibus et historia ritus baptismalis* (Torino 1943); J. Krinke, *Der span. Taufritus im frühen Mittelalter*. Span. Forschungen der Görres-Gesellschaft I. Reihe Bd. 9 (1954) 33—116; B. Neunhäuser OSB, *Taufe und Firmung* (Handbuch der Dogmengeschichte IB, 2; 1956); A. Dondeyne, *La discipline des scrutins dans l'église latine avant Charlemagne*. Rev. Hist. Ecclés. 28 (1932) 5—53, 751 bis 787; H. Leclercq, *Exorcisme, exorciste*. Dict. Arch. Chrét. Lit. V, 1 (1922) 964—978; H. Leclercq, *Scrutin*. Dict. Arch. Chrét. Lit. XV, 1 (1950) 1037 bis 1052; P. de Puniet, *Baptême; études sur les ordines baptismi*. Dict. Arch. Chrét. Lit. II, 1 (1900) 251—346; *Catéchuménat*. Ebda. II, 2 (1925) 2579—2631; *Apertio aurium*. Ebda. I, 2 (1907) 2523—2537; *Baptême*. Ebda. II, 1 (1925) 251—346.

¹ religionis] corr. ex religiones B. ² Angilmodus] corr. ex Angilmo de B.

³ inertiae] corr. in inheritiae B. ⁴ conspuendam] corr. ex conspiendam B

Sed vestrae erit auctoritatis me contra obloquentium, si qui fuerint, iacula tegere, cuius dum gestio praecepsit parere, etiam periculis me non satis abnuo credere, apud quem minus⁵ imperitus quam inofficiosus⁶ patior apparere. Quod si etiam a vestra singulari prudentia stilus humani vix effugibilem laqueum erroris incurrisse fuerit inventus, nullatenus⁷ diffiderim, quia tam facilis constabit apud vestram benivolentiam remissio, quanta in me extitit vobis obsequendi devotio. In huiusce vero vestrae in me benignitatis negotio vereor, ne vestri quoque periclitetur censura iudicii, dum in arvo, cavernosa tofini scabredine effeto vixque agrestibus subridente flosculis, uberiorem frugum copiam quaeritis. Sed iam propositam exoriāmūr schedulam.

I

[P r a e f a t i o]

Ea, quae in⁸ ecclesiasticis officiis, antiquo religiosorum tradita decreto, vel privato servantur more vel publico, licet nostram scientiam eorum fugiat ratio, non pie sentimus sine certae observationis instituta merito. Neque enim a sanctis patribus vere Dei cultoribus frivolum quicquam in divino famulatu aut servaretur aut servandum posteris mandaretur, cum in privatis gestorum negotiis et de verbo otioso in tremendi examinis die exigatur ratio (Matth. 12, 36). Cauta igitur gravitate perpensa ratione digne creditur eos caerimo niarum omnium ritus statuisse, neque nostri inscientia eorum sufficit auctoritatem, quod temere tentatur, infirmare. Quoniam et in divinorum profunditate dictorum huius observantiae forma a religiosis semper est consecanda lectoribus, ut et his, quae nostra attingi possunt capacitate, non ideo derogetur debitus reverentiae cultus, et in his, quae sui maiestate⁹ nostram transcendunt mediocritatem, non oboriatur minus tutae¹⁰ veritatis scrupulus, magis vero patentia ad latentium indaginem provocent, latentiaque, salvo venerationis suae honore, ad agnoscendam largitoris omnium bonorum gratiam, qua¹¹ vel in modico dignamur, invitent.

B 93 vb Ad horum ergo exemplar etiam illorum perpendenda est ratio, quantum remoto temerarii ausu iudicii nihil ex his¹² repudiandum neglegendumve ducatur, quod divinis non obniti sanctionibus tuta consideratione perpenditur. In quibus tamen sicut fugienda sunt profanae sacrilegia gentilitatis, ita cavendae sunt naeniae remissae superstitionis, ne decus illius reginae in aurei varietate habitus a dextris superni imperatoris stantis (Ps. 44, 10), aut ruga dedecoret, aut lacinia panni deformet. Quae omnia, in quantum ratione queunt percipi, cum studiosa debent

⁵ minus] ?, o B. ⁶ inofficiosus] corr. ex inoficiosus B. ⁷ nullatenus] corr. ex nullat B. ⁸ in] om. sed. add. super lin. B. ⁹ maiestate] corr. ex magestate B. ¹⁰ minus tutae] corr. ex minutatae B. ¹¹ qua] corr. ex quia B. ¹² his] post his tredecim circiter litterae sunt rasura deletae.

industria pulsari, quia¹³ devotius agimus, quorum etiam intellectu pa-scimur, ut, si crucem feram, et mortificationem Christi in cor-pore meo ferre (II Cor. 4, 10) me debere huius gestamine admonitus viderim.

II

[Qui sunt catechumeni]

Mihi nunc propositum est primi ordinis, id est catedumenorum¹⁴ sive competentium^a, causam, defloratis undique¹⁵ occurrint patrum sententiis, vel proprio vel eorum pingere stilo.

Catechumeni igitur sunt, qui primum de gentilitate veniunt, habentes voluntatem credendi in Christum. Et quia primum exhortationis preceptum est in lege (Deut. 6, 4): *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est, inde est, ut is, cui per sacerdotem quasi per Moysen Deus primum loquitur, catechumenus, id est audiens vel instructus, nominetur^b.*

Catechesis¹⁶ enim graece, instructio dicitur. Instruitur namque ecclastico ministerio per benedictionem imponentis manum^c, ut agnoscens unum verum et solum Deum relinquat errores varios idolorum^d, et intelligat, quis sit ex propagine damnationis, quis¹⁷ futurus ex gratia liberantis. Hoc est, quia per aquam regenerantem ex damnabili sanctus fiat, ex iniusto iustus appareat. Ad postremum filius fiat ex servo, ut qui in primo parente perditus fuerat, secundi reparatus beneficio hereditatis paternae possessor existat^e.

Non est autem dubium, quod priusquam aliquis renascatur in Christo, diabolica potestate propter primi hominis praevicationem teneatur adstrictus^f, nec ab ea posse redimi, nisi gratia salvatoris. Cuius laqueis nisi inter ipsa primitus fidei rudimenta veraci professione exuatur, ad salutaris lavaci gratiam non accedit. Et ideo hunc oportet prius catedumenorum introire auditorium^g, quatenus fidei disciplina studiose imbutus ad salutarem renovationis suae¹⁸ fontem discat desiderantius tendere. Fides enim non necessitate imponitur, sed ratione persuadetur.

B 94 ra

¹³ quia] quae corr. ex quem B. ¹⁴ catedumenorum] cathecuminorum B.

¹⁵ undique] indeque B. ¹⁶ catechesis] chatesis B. ¹⁷ quis] corr. ex quae B.

¹⁸ (catechumeno)rum introire — sua] om. sed. add. in marg. B.

^a Gradus primus est catedumenorum, secundus competentium, tertius baptizatorum. Isidorus Hisp., II De ecclesiasticis officiis, c. 21 (PL 83, 814).

^b Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 21 (PL 83, 814). Cf. PL 106, 53.

^c Johannes Diaconus, Epistola ad Senarium, nr. 3 (PL 59, 401; ed. A. Wilmart, Analecta Reginensis, 1933, 172).

^d Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 21 (PL 83, 814).

^e Johannes Diaconus nr. 3 (PL 59, 401—402; ed. Wilmart 172).

^f Johannes Diaconus c. 3 (PL 59, 401; ed. Wilmart 171).

^g Johannes Diaconus c. 3 (PL 59, 401; ed. Wilmart 171).

[Quo tempore admittantur]

Cum vero nullum sit tempus, quo beneficia divina potentibus sint neganda, atque ad fidem tendentibus numquam sit intrandi aditus obstruendus, regulis tamen ecclesiasticis non sine certi exactione mysterii, sicut praescriptus est modus, ita et tempus, quo solo ad ipsius fidei tirocinium, nisi aliqua intercesserit necessitas, admittantur.

Admittantur autem hebdomada tertia paschalis quadragesimae, ut ipso hebdomadarum numero attestentur, quam expetunt libertatem gratiae, tertio mundi tempore caelitus nobis indultae. Unde et Dominus, eiusdem minister gratiae, trigesimo aetatis suae anno (Luc. 5, 23) lavacro nobis sanctificando non sibi necessario voluit tingui, et die tertio (Joh. 2, 1) divinitatis suae potentiam miraculis ostensurus convivio interesse nuptiali, horaque diei tertia subsellio iudicis exhibitus damnationis clamoribus impeti, cuius nobis et ablutio (Matth. 27, 24) sanctificationem attulit et miraculis fidei robur accrevit et damnatio tyrannicae vinculum damnationis solvit.

Nam quadragenario dierum numero, quibus arctiori corporis castigatione vitiis bellum indicimus, recte omnis haec vita, quae tota tentatio est, et in qua pro adipiscendo futurae quietis gaudia merito¹⁹ laborare debemus, figurari sentitur, propter quaternarium et denarium numerum. Quorum alter aerumnis, quas ex carnis corruptione, quae quattuor subsistit elementis, contrahimus, aptatur; alter ad spem desideratae beatitudinis, cum qua hic iuste vivitur, propter sui perfectionem refertur. Iuxta quod a Domino operarii ad culturam vineae diversis conducti horis communi denario remunerati perhibentur (Matth. 20, 1—16).

[Ad ecclesiam vocantur]

Admittendi vero catechumeni secunda sabbati praescriptae hebdomadis ad ecclesiam vocantur, quoniam de fide et operibus informandi sumuntur. Quod fit hora diei tertia, vel secundum aliquos sexta^h; hoc; ut diximus, numero radiante, propter²⁰ quam expetunt gratiam, tertio saeculi tempore sive sexta mundi aetate datam.

[Nomina scribuntur]

Quorum antequam ingrediantur ecclesiam ab acolyto nomina scribuntur servandaⁱ, ut hoc facto discant, quoniam, qui suo in tempore

¹⁹ merito] corr. ex meritos B; add. del. peccata B. ²⁰ propter] om. sed. add. super lin. B.

^h Circa horam tertiam. Ordo Romanus XI (VII) nr. 1 (PL 78, 99; ed. M. Andrieu, *Les Ordines Romani du Haut Moyen-Age* II [1948] 417); circa horam diei sextam. Sacramentarium Gelasianum I, 29 (PL 74, 1084; ed. H. A. Wilson [1894] 45).

ⁱ Ordo Romanus XI (VII) nr. 2 (PL 78, 995; ed. M. Andrieu, 418).

unioni fidelium sociandi | excipiuntur, si ab expetitae norma salutis non deorbitaverint, iam in caelesti libro aureis adnotati²¹ litteris habentur. B 94 rb

Susceptorum quoque nomina simul adnotantur^k, quatenus admonentur familiariori sollicitudine illorum se instructioni invigilare debere, quos Deo consecrandos curant exhibere, quadam debiti obligatione sub testimonio ecclesiae obnoxii, pro his rationem reddituri²² Deo omnipotenti.

Unde etiam in *parvulis*, qui²³ adhuc pro ipsius aetatis primordio nihil intelligentes^l pro se respondere nequeunt, per corda et ora gestantium^m futurae fidei eorum et disciplinae attestantium cuncta solemniter agenda complentur. Nec absurdum sentiri debet, dum a parentibus vel a quibuslibet aliis offeruntur, eos aliena salvari confessione, qui fuerant alieno obligati erroreⁿ.

[Ecclesiam intrant]

Quod autem intrantes ecclesiam sive catechumeni sive quique religiosi seorsum in dextera, feminae statuuntur in laeva^o, de antiqua eorum, quos archa in diluvio servavit, tenetur observatione, quia²⁴ Noe cum filiis, uxor eius cum uxoribus eorum propter illic tenendum castimoniae bonum Domini voce iussu sunt intrare (Gen. 6, 18). Quae observatio nec antiquo defuit populo, sicut in libro fertur Iudicum (Judic. 21, 21): ad anniversariam Domini sollemnitatem²⁵ ex more solas procedentes puellas, a Beniamin in coniugium raptas. Cumque apostolico praecipiatur documento (I Cor. 7, 5), gratia orationis ad tempus parendum coniugio, satis religioso cautum est iure in domo orationis fideles sequestrari etiam corpore, ne per occasionem publici conventus serpentina calliditas, quae semper religioni nostrae insidiatur, caecum simplicitati ecclesiae solitae fraudis possit inspirare virus. Et merito mulieribus sinistrae partis locus in ecclesia cedit, quarum prima transgressione mundo aerumnosae calamitatis miseria contigit. In quo illud quoque innuitur muliebres carnis illecebras mellito captionis laqueo semper nobis sinistras habere robur, quem contra eas virilis fortitudinis quasi iaculum dexteræ opponi debere.

III

[Signum crucis formatur in fronte]

Exorcizandis vero catechumenis primum consignationis signum adoranda crucis trophyæ a sacerdote formatur in fronte, quatenus

²¹ adnotati] corr. in anotati B. ²² reddituri] corr. ex reddendi B.

²³ qui] om. sed add. super lin. B. ²⁴ quia] corr. ex qua B. ²⁵ solemnitatem] psolemnitatem B.

^k Ordo Romanus XI (VII) nr. 2 (PL 78, 995; ed. M. Andrieu 418).

^l Johannes Diaconus c. 7 (PL 59, 403; ed. Wilmart 175).

^m Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 21 nr. 3 (PL 83, 815).

ⁿ Johannes Diaconus c. 7 (PL 59, 403; ed. Wilmart 175).

^o Ordo Romanus XI (VII) nr. 2 (PL 78, 995; ed. M. Andrieu 418).

B 94 va hoc vere triumphalis titulo stigmatis insignita vasa, per tyrannidem dudum pervasa, non audeat devicti | hostis repetere ferox insanias, quae sibi iure vincendi dignitas sancit regia. Sicut enim ad inferendae Christo mortis supplicium ²⁶ nihil aliud diabolus cruce exquisitus inventire, nihil potuit in reorum poena contumeliosius esse, ita nunc nihil est addicto ²⁷ praedoni formidolosius, nihil redemptorum optimo generi gloriosius.

Unde in fronte, ubi pontificum sacra auri lamina praecipue merito dignitatis eminebat (Exod. 28, 38), ponitur quasi de qua iam non erubescatur. Unde Apostolus (Gal. 6, 14): *Mihi autem absit gloriariri, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.*

[*Exsufflati exorcizantur*]

Exsufflati igitur exorcizantur, ut fugato diabolo paretur introitus Christo Domino, et a tenebrarum potestate eruti transferantur in regnum gloriae Christi (cf. Col. 1, 13); ut, qui dudum vasa fuerant Satanae, fiant nunc domicilium salvatoris ^p. Magis vero in his potestas inimici exorcizatur, id est coniuratur, ut exeat et recedat, illius agnoscens adventum, cuius erectam in paradisi felicitate imaginem prava suasione deiecerat ^q.

Exorcismus namque est sermo increpationis et coniurationis contra immundum spiritum, factus in ergumenis sive catechumenis, per quem ab illis diaboli nequissima virtus et inveterata malitia vel violenta incursio expulsa fugetur ^r.

Exsufflatur etiam, quia tali dignus est ignominia desertor efferri ²⁸ antiquus ^s.

[*Manus imponitur*]

Porro quod consignandis, sicut etiam in ceteris ecclesiae agi consuevit officiis ²⁹, super caput manus imponitur, de antiquo Dei cultorum iure servatur, qui eos, quos divinis religiosius obsequiis mancipandos, quosque caelestis gratiae donis dignius honorandos ducebant, cum benedictionis consecratione manuum quoque impositione tangebant. Isaac quippe patriarcha sanctus ponens manum suam super Jacob benedixit ei

²⁶ supplicium] *om. sed add. in marg. B.* ²⁷ addicto] *corr. ex a dicto B.*

²⁸ desertor efferri] *deffertur, add. in marg. efferri B.* ²⁹ officiis] *add. del. inter consignandis B.*

^p *Johannes Diaconus c. 3* (PL 59, 402; ed. Wilmart 172).

^q *Johannes Diaconus c. 3* (PL 59, 402; ed. Wilmart 172).

^r *Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 21* (PL 83, 814). Exorcismus graece, latine coniuratio sive sermo increpationis est contra diabolum. *Isidorus Hisp., VI Etym.*, nr. 55 (PL 82, 257).

^s *Johannes Diaconus c. 3* (PL 59, 402; ed. Wilmart 172).

(Gen. 27, 28). *Similiter et Jacob filiis suis* (Gen. 49, 1—28). *Sed et Moyses, super caput Josue manum suam imponens* (Num. 27, 23), *dedit ei spiritum virtutis et ducatum in populo Israel. Sic et superimpletor legis et prophetarum, Dominus noster Jesus Christus, per manus impositionem apostolis benedixit, sicut in evangelio Lucae scriptum est* (Luc. 24, 50): *Et eduxit illos trans Bethaniam et elevavit manus suas et benedixit eis^s.*

Sed et parvuli, qui ei fideli suorum devotione benedicendi offerebantur, singuli imposita manu benedicebantur (Marc. 10, 16; Matth. 19, 15); illud sive hac sive illa significante manuum impositione, quoniam ad virtutem divinae invocationis fideles³⁰ mancipati solvuntur iugo originaliter contractae daemoniacae³¹ servitutis, iugoque Christi, quod *leve* nimis est (Matth. 11, 30), antiquae privilegio^t dignitatis, revocantur in spem gloriae filiorum Dei.

B 94 vb

[D a t u r s a l]

Salem autem in mysterio catechumenis dandum ideo est institutum, ut eius gustu condimentum sapientiae percipient, neque desipient a sapore Christi, ne sint fatui et retro respiciant, neque desipient, sicut uxor Loth (Gen. 19, 26), ne, aliis³² exemplum dantes, ipsi insipidi remaneant et alios condiant. Illa quippe, cum liberaretur a Sodomis, in via posita retro respexit, ibique remansit, facta statua salis. Quo signo condirentur hi, qui per fidem mundo et actibus desiderisque eius renuntiant, ut affectionis pristinae non recordantes ad saeculi illecebras non revocentur, quia secundum salvatoris sententiam (Luc. 9, 62) ponens manum suam super aratum et respiciens retro regno caelorum aptus esse non potest^t.

In quo hoc quoque signatur, quia, sicut omnis caro sale condita servatur, ita sale sapientiae et praedicationis verbi Dei mens, fluctibus saeculi madida et fluxa, conditur, ut ad soliditatem stabilitatis atque permanisionis, digesto penitus corruptionis humore, divini salis suavitate perveniat. Hoc enim agit impositio manus frequens, et in reverentia trinitatis invocata super caput eorum tertio benedictio conditoris^u.

[T r a d i t i o n e s y m b o l i c o m p e t e n t e s fi u n t]

Deinde quodam profectu atque proiectu illi, qui dudum exsufflati diabolicis laqueis pompisque renuntiaverant, symboli ab apostolis traditi iam merentur verba suscipere, ut, qui paulo ante solum catechumeni dice-

³⁰ fideles] add. del et B. ³¹ daemoniacae] corr. ex daemoniae B.

³² aliis] B; malum Isid.

^s Isidorus, II De eccles. off., c. 5 u. 9 (PL 83, 782—783).

^t Isidorus, II De eccles. off., c. 21 nr. 3 (PL 83, 815). Cf. PL 106, 54.

^u Johannes Diaconus c. 3 (PL 59, 402; ed. Wilmart 172).

bantur, nunc vocentur etiam competentes vel electi. Concepti enim sunt in utero matris ecclesiae, et vivere iam incipiunt, etiam si nondum sacrum partus tempus explerunt v.

Competentes namque sunt, qui iam post doctrinam fidei, post continentiam vitae, ad gratiam Christi percipiendam festinant. Ideoque etiam appellantur competentes, id est gratiam Christi³³ petentes. Nam catechumeni tantum audiunt, necdum petunt; sunt enim quasi hospites et vicini fidelium; de foris audiunt mysteria, audiunt gratiam, sed adhuc non appellantur fideles w.

Competentes autem iam petunt, iam accipiunt, iam catechizantur, id est imbuuntur instructione sacramentorum. Istis enim salutare symbolum traditur quasi commonitorum fidei et sanctae confessionis indicium, quo instructi agnoscant, quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant x.

B 95 ra *Quia vero ‘competere’ ‘oportere’ et ‘aptum esse’ solet significare, non absurde etiam sentitur illos, qui iam doctrina fidei degustata per professionem eiusdem | fidei per abrenuntiationem erroris concreti ad percipiendum³⁴ salutaris³⁵ lavacri donum³⁶ opportuni, id est idonei, habentur, ideo competentes dici, quia competunt, id est apti tanto muneri existunt.*

*Denique catechumeni sive competentes, licet iam magna ex parte fidei disciplina imbuti, iam sint sacramentis suae renovationis initiati, iam vocitentur electi; quia tamen necdum fonte salutari tincti, mensae Christi participatione indigni habentur; indignatione quoque et sacramentorum oblatione fidelibus non admiscentur, more proselytorum, de gentilitate Judaismum potentium, quibus primae circumcisionis persessio ad reliqua erat admissio. Qua enim consequentia oblationes cum fidelibus offerrent, quae altari inferendae non essent. Vel quomodo sanctificandae inferrentur, quarum sanctis oblatores nondum participantur? Quod tamen pro conceptionis suae partu semota debent oratione et eleemosynarum oblatione divinam sibi propitiationem seduli efflagitare, more illius de Actibus apostolorum (Act. 10, 2—5) memorabilis Cornelii, cuius adhuc gentilis orationes et eleemosynae in memoriam Dei leguntur ascendisse, cui post auditam a Deo precem, ut mittat in Joppen ad arcessendum³⁷ Simonem, qui sibi verba loquatur vitae, cum praecipitur, quod pro adipiscendae fidei gratia iugiter oraverit, aperte innuitur. Cumque Apostolus dicat (Hebr. 13, 15): *P e r i p s u m e r g o o f f e r a m u s h o s t i a m l a u d i s s e m p e r D e o , i d**

³³ percipiendam — Christi] om. sed. add. in marg. B. ³⁴ percipiendum] corr. ex percipiendam B. ³⁵ salutaris] add. del. doctrinæ fidei degustata donum B. ³⁶ lavacri donum] om. sed. add. in marg. B; et add. del. in marg: opportuni per professionem eiusdem fidei, per abrenuntiationem erroris concreti ad percipiendam salutaris B. ³⁷ arcessendum] accessiendum corr. ex arcessiendum B.

v Johannes Diaconus c. 4 (PL 59, 402; ed. Wilmart 173).

w Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 22 nr. 1 (PL 83, 815). Cf. PL 106, 55.

x Isidorus Hisp., II De eccles. off., c. 22 nr. 2 (PL 83, 815).

est, fructum labiorum confitentium nominis eius, per Christum hostiam laudis atque orationis offerre nequeunt, qui per eius mortem, cui per baptismum conseperimus (Rom. 6, 4), necdum reconciliati existunt. Per ipsum etenim solum, qui pro nobis hostia dignatus est fieri, potest in conspectu Dei nostra hostia acceptabilis inveniri. Propterea nos beatus Petrus admonet, dicens (I Petr. 2, 5): Et vos tamquam lapides vivi aedificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Jesum Christum, Filium eius, Dominum nostrum. Si quidem nequaquam a nobis Deo offerri³⁸ hostia potuisset, si Christus, in quo ipsa natura nostri generis vere est³⁹ salutaris, pro nobis factus hostia non fuisse⁴⁰.

[Septem scrutinia habentur]

Non vero sufficiens iudicata est semel acta catechumenorum instructio, verum septies, cum ea, quae die baptismi sit repetenda, more tenetur ecclesiastico^y, quoniam dignum est proposito caelestis disciplinae diligentius praexerciti studium | praerogare, radiante quoque in hoc regeneratricis typo septiformis gratiae. Dignitati quippe dispositi agonis respondere solet proludium tironis, ne incautae difficultatis agressio non solum palmam amittat, sed et inertiae notam incurrat.

B 95 rb

Ipsae etiam praestructiones *consuetudine ecclesiastica scrutinia dictantur*. Quia perscrutantur a sacerdote, *utrum menti suae post renuntiationem diaboli sacra verba defixerint; utrum agnoverint futuram gratiam redemptoris; utrum se credere fateantur in Deum Patrem omnipotentem^z*.

[Aures aperiuntur]

Quod autem in aurium apertione, quando et nomen merentur competentium, inter missarum sollempnia^{aa} quattuor de sacrario diaconi cum quattuor codicibus evangeliorum, quibus edocendi sunt, egrediuntur^{ab}, quattuor diaconi speciem proferunt totidem evangelistarum sub typo quattuor animalium, sive in Ezechiele (Ez. 1, 10) sive in Apo-

³⁸ offerri] corr. ex offere B. ³⁹ est] add. del. hostias B. ⁴⁰ non fuisse] corr. ex potuisset B.

^y Ita tamen agendum est, ut, a primo scrutinio, qui incipit tertia ebdomada in quadragesima, usque in sabbato sancto vigilia paschae, septem scrutinii esse debeant, secundum formam septem donis spiritus sancti, ut, dum septenario numero implebuntur, detur illis gratia septiformis spiritus sancti. *Ordo Romanus XI* (VII) nr. 81 (PL 78, 998; ed. M. Andrieu 442).

^z *Johannes Diaconus c. 4* (PL 59, 402; ed. Wilmart 173).

^{aa} *Ordo Romanus XI* (VII) nr. 30, 36, 74 (PL 78, 996, 997; ed. M. Andrieu 425, 426, 441).

^{ab} *Ordo Romanus XI* (VII) nr. 44 (PL 78, 997; ed. M. Andrieu 428).

calypsi (Apoc. 4, 6—8) praefiguratorum, quorum scriptis caelitus nobis unum gestorum Christi traditum constat evangelium. Siquidem, de quo procedunt sacrarium, caeleste significat secretum, unde per praesentiam Christi, de sinu Patris ad nos venientis, omnis doctrinae spiritualis nobis salutare profluit poculum.

Lumine quoque duum praecedentium candelabrorum ac ostenduntur⁴¹ ipsa evangelii dicta supernae virtutis, quae in Christo uberius infuslit splendore plena nullisque humani erroris tenebris infuscata. quaeque possint satis ignorantiae ineptiaeque nostrae densitatem ea detegere luce, quae, sicut scriptum est (Joh. 1, 9), *illuminaat*⁴² omnem hominem venientem in hunc mundum.

Unde et ipsa lux duum est candelabrorum, quia et una Dei Filii, redemptoris nostri, persona duarum est substantiarum, quem Deus Pater quasi quemdam limpidissimum solem claritatis super candelabrum crucis, quae duobus lignis, in hoc quoque mystico duum candelabrorum sensu radiante, compingitur, sublimavit; unde per totum mundum, qui eo obeunte innubilaverat (Luc. 23, 45), fidei iubar illuxit.

B 95 va Porro thymiamateria⁴³ praecedentia^{ad} atque nectare vaporis optimi nidorem corrupti aeris propellentia; antiquorum sive recentium sunt praeconia vatum, qui, venturum Christum et dictis prophetantes et scriptis, ad recipiendam fidem illius suavissimo odore divinae cognitionis corda audientium, excluso vetustae putredinis foetore, vaporare curarunt, ut attestatio praecedentium fieret certissima fides praesentium.

Delatorum etiam evangeliorum in quattuor angulis altaris ordinata positio^{ae} significat evangelium; non in uno aliquo terrae angulo, forte iuxta Donatistas Africae, coercendum, sed enim in toto orbe, qui quattuor partibus dividitur, disseminandum; vel certe omnem actionis nostrae, qui quattuor principalibus praeeminet virtutibus, rationabilem usum evangelicis undique eruditionibus informandum. Unde et ipsi catechumeni, de⁴⁴ omnibus evangeliorum regulis penes temporis et capacitatibus propriae opportunitatem plenius edocendi, primum ipsorum quattuor evangelistarum in mysticis vultibus, hominis scilicet, leonis, vituli et aquilae, imbuuntur; quatenus per hominis rationabilem prudentiam veritatis induiti discant ad rationis normam quae cogitant quaeque agunt cuncta dirigere, ac nihil praeter rectum velle vel facere; per leonis fortitudinem vitiorum molestiis invicta magnanimitate obsistere, ipsarumque carnalium voluptatum illecebris non cedere, fortiter vel adversa vel prospera tolerare, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere. Per vitulum (Levit. 11, 3; Deut. 14, 7), ungulam dividentem indigestaque⁴⁵ ruminando terentem⁴⁶, discretione

⁴¹ ostenduntur] corr. ex ostenditur B. ⁴² illuminat] corr. ex in lumina B.

⁴³ thymiamateria] timiamateria corr. ex timiamata eria B. ⁴⁴ de] del. B.

⁴⁵ indigestaque] corr. ex ingestaque B. ⁴⁶ terentem] corr. ex terentis B.

ac Ordo Romanus XI (VII) nr. 44 (PL 78, 997; ed. M. Andrieu 428).

ad Ordo Romanus XI (VII) nr. 44 (PL 78, 997; ed. M. Andrieu 428).

ae Ordo Romanus XI (VII) nr. 44 (PL 78, 997; ed. M. Andrieu 428).

sobrietateque temperantiae nihil poenitendum appetere, necessariis corporis modum ponere, in ipsis quoque virtutibus legem moderationis non excedere; per aquilini vero volatus sublimitatem eiusque acumen iustitiae merito ad alta volare, omnem mundi huius captiosam pompam sub pedibus cernere, omnemque intentionis obtutum in eo figere sole, de quo scriptum est (Mal. 4,2): *V o b i s a u t e m t i m e n t i b u s n o m e u m o r i e t u r s o l i u s t i t i a e.*

Iuxta⁴⁷ hunc typum et archa testimonii in lege per quattuor angulos totidem circulos aureos legitur habuisse (Exod. 25, 12), insertis semper ad vehendum eam duobus geminae caritatis vectibus, quibus et nostra vicissim onera ferimus, et excellentiore via ad caelum levamur. Et merito, sive hic evangelia sive illuc circuli in angulis habentur, quia angulus, a publico commeantium calle remotus, illuc continet humile secretum, ubi divinum magisterium iubet orandum (Matth. 6, 6), ostentationis vanae⁴⁸ interdicens ambitum. De hoc legitur (Prov. 21, 9; 25, 24): *M e l i u s e s t s e d e r e i n a n g u l o d o m a t i s , q u a m c u m m u l i e r e l i t i g i o s a , e t i n d o m o c o m m u n i .* Praestat quippe sanctitatis meritum⁴⁹ intra | humilem conscientiam, ut soli Deo placeat, tegere, quam voto iactantiae quasi mulieris litigiosae duros mores hominum invidis obtrectantium latratibus impetendo exponere.

B 95 vb

Nec illud significazione mystica vacuum videtur, quod recitanda evangeliorum principia, ex quibus eorundem facies evangelistarum specialius interpretantur, a laeva altaris sumuntur et in dextera consummantur⁵⁰. Verum sicut in evangelio Johannis (Joh. 10, 22), cum Dominus Iudeis verba eius non recipientibus loqueretur, hiemalis qualitas temporis exprimitur, ut per hoc torpor infidelitatis eorum denotaretur, ita et hic de laeva altaris transitus in dexteram admonet omnes, qui christianae gratiam professionis expetunt de visibilibus mente ad invisibilia, de vitiis ad virtutes, quae est⁵⁰ prima resurrectio, salubri motu transire debere.

[N a r e s t a n g u n t u r e t a u r e s]

Quod igitur inter cetera consecrationis exordia sacerdotes⁵¹ digitorum palpamine de saliva oris sui his, quos praecipue⁵² baptismi preparant sacramentis, nares tangunt et aures, dicentes: 'Effeta', ex eo institutum non improbabiliter creditur, quoniam Dominus noster Jesus Christus mutum curaturus et surdum, in quo illi designantur, qui salvataris fonte lavaci ab errore daemoniacae⁵³ deceptionis divina liberari

⁴⁷ iuxta] corr. ex iusta B. ⁴⁸ ostentationis vanae] corr. ex ostentationes variae B. ⁴⁹ meritum] add. del. subest magis B. ⁵⁰ est] corr. ex esset B.
⁵¹ sacerdotes] sacerdotis B. ⁵² praecipue] add. del. undis B. ⁵³ daemo-

af Ordo Romanus XI (VII) nr. 47—59 (PL 78, 997; ed. M. Andrieu 429—432).

gratia merentur, digitos illi in auriculas misisse et sputo oris sui linguam eius legitur tetigisse (Marc. 7, 32—35). Ubi tamen, sicut et hic, exterior rerum actio interioris, id est spiritualis⁵⁴, erat virtutis mystica significatio. Nam quia propter articulorum partitionem, distributioni⁵⁵ charismatum spiritualium congruentem, *Spiritus sancti dona* digitis figurantur; sicut et Dominus loquitur dicens (Luc. 11, 20): *S i e g o i n d i g i t o D e i e i c i o d a e m o n i a ; q u o d a p u d a l i u m e v a n g e l i s t a m a p e r t i u s p o n i t u r* (Matth. 12, 28): *S i e g o i n S p i r i t u D e i e i c i o d a e m o n i a ; e t P s a l m i s t a* (Ps. 8, 4): *Q u o n i a m v i d e b o c a e l o s , o p e r a d i g i t o r u m t u o r u m , i d e s t : A d m i r a b o r s a n c t o s , n o n s u a e v i r t u t i s o p e , s e d t u i S p i r i t u s m u n e r e a t e r r e n i s s u p e n s o s , c a e l e s t i c o n v e r s a t i o n e s u b l i m e s e f f e c t o s*^{ag}, digitos cum sputo in nares et auriculas mittere est verbo fidei eorum corda instruere, quos ad promerenda spiritualium munera gratiarum studemus praeparare. Et sputum quippe ex capite truncatum⁵⁶ profluit in ore^{ag 1}, verbum est evangelii, quod⁵⁷, ex invisi- bili divinitatis arcano sumptum, visibiliter mundo, ut sanari⁵⁸ posset, est ministratum.

Tanguntur itaque nares, *ut abiectis delectationibus noxiis solum Christi semper complectantur*⁵⁹ odorem, de quo dixit⁶⁰ Apostolus (II Cor. 2, 15): *C h r i s t i b o n u s o d o r s u m u s D e o i n o m n i l o c o . E t u t m e m i n e r i n t s e i u x t a , e x e m p l u m b e a t i J o b* (Job 27, 3): *D o n e c s u p e r e s t h a l i t u s i n e i s e t S p i r i t u s D e i i n n a r i b u s e o r u m , n o n l o q u i i n i q u i t a t e m*⁶¹ *l a b i i s , n e c l i n g u a m e n d a c i u m m e d i t a r i d e b e r e*^{ah}.

B 96 ra

| Tanguntur etiam aures, ut quia per eas ad intellectum fides ingreditur, Apostolo dicente (Rom. 10, 17): *F i d e s a u t e m e x a u d i t u , a u d i t u s a u t e m p e r v e r b u m C h r i s t i , q u a s i q u o d a m s a n c t i f i c a t i o n i s m u r o t u t a e , n i h i l n o x i u m , n i h i l , q u o d r e t r o r e v o c a r e p o s s i t , a d m i t t a n t*^{ai}; *v e r u m , r e l i c t o a u d i t u l i n g u a e n e q u a m , a u d i a n t v e r b a C h r i s t i e t f a c i a n t e a* (Luc. 8, 21), similes viro prudenti, *q u i a e d i f i c a v i t d o m u m s u a m s u p r a p e t r a m* (Matth. 6, 24).

Et bene prius nares, quibus naturaliter inest⁶² voluptuosa odorum oblectatio, dein tanguntur aures, ad quas refertur imperatorum obsecutrix perceptio, quia⁶³ difficile sequimur, quorum ante delectatione non capimur. Unde in epithalamio Cantici cantorum sponsae voce dicitur (Cant. 1, 3): *T r a h e m e p o s t t e , c u r r e m u s i n o d o r e m u n g u e n t o r u m t u o r u m . T r a h i m u r e n i m d e l e c t a t i o n e , c u r r i m u s v e r o d e l e c t a t o r u m e x e c u t i o n e .*

niacae] corr. ex daemoniae B. ⁵⁴ spiritualis] corr. ex spiritalis B. ⁵⁵ distributioni] corr. ex distributiones B. ⁵⁶ truncatum] corr. ex truncat B. ⁵⁷ quod] corr. ex quos B. ⁵⁸ sanari] corr. in sauciari B. ⁵⁹ complectantur] amplectantur B ed a. ⁶⁰ dixit] dicit B ed a. ⁶¹ iniquitatem] add. nec B. ⁶² inest] corr. ex insunt B. ⁶³ quia] quae B.

ag Beda, *II Hom. 6* (PL 94, 234—235; CC 122 [1955] 221, 43—49).

ag¹ Saliva quippe ex capite defluit in ore. Gregorius Magnus, *Hom. Ezech. lib. I hom. 10 nr. 20* (PL 76, 894).

ah Beda, *II Hom. 6* (PL 94, 235; CC 122 [1955] 222, 85—91).

ai Johannes Diaconus c. 4 (PL 59, 402; ed. Wilmart 173).

Cum autem ad aurem ,*Effeta, id est adaperire*', dicitur (Marc. 7, 34), remoto perfidiae obstaculo, fidei admissio imperatur.

At cum ,*in odorem suavitatis*' infertur, fidei fructus, id est meritum iustitiae, exigitur; *fides* quippe *sine operibus* otiosa est (Jac. 2, 26). Hoc repletur domus odore suavitatis nectare effuso⁶⁴ in caput tristitiae salvatoris nardi pistici alabastro (Joh. 12, 3). Hac et mulieres, quae iam eo redivivo⁶⁵ pia sepulcro illius devotione invidebant, aromatum fragrantia, quibus eum ungerent⁶⁶, redolebant.

Nec mirum ,*in odorem suavitatis'*⁶⁷ ad aurem dici, licet odoris sensus seorsum in corporis membris tantum adscribatur⁶⁸ naribus, quando non exterioris⁶⁹ hominis admonetur affectus, verum interioris, ubi aurem subditae oboeditionis comitari solet nectar bonae opinionis, et ubi, sicut in membrorum distinctione, non alibi auditur, alibi odoratur. Sensus enim corporis corporalia nuntiant cordi; et non omnium una facultas est, quia non inde videtur, unde auditur, nec unde sapor, inde et odor capitur; nec hi ministri sine tactu ad lenia et aspera, frigida et calida, sicca et humida discernenda sufficient. Incorporea vero animus suo tantum sensu diiudicat, et omnes varietates uno motu attingit. Et quidquid discretionum inter bona et mala, iusta et iniusta, rationabiliter invenit, unius est intentionis effectus, ubi unum idemque est, quod mens potest, quantum potest. Dei ergo sermo, cui nihil surdum est, ad eas magis loquitur aures⁷⁰, quibus ait in evangelio (Matth. 11, 15; 13, 9, 43; Marc. 4, 9; Luc. 8, 8; 14, 35): *Qui habet aures audiendi, audiat, et in Apocalypsi*⁷¹ (Apoc. 2, 7, 11, 17, 29; 3, 6, 13, 22): *Qui habet aures audiendi, audiat, quod Spiritus dicit ecclesiis, et Isaías* (50, 5): *Dominus addidit mihi auriculam*⁷². Iste est alter homo, cui Deus loquitur in occulto, qui clamat in corde credentis: *Abba, Pater* (Gal. 4, 6). Et quomodo corpus omnia membra et sensus habet, ita anima quoque universa et sensus et membra habere, et inter⁷³ cetera etiam aures. Quas qui habuerit, non magnopere⁷⁴ indigebit his auribus corporis ad Christi evangelium | recipiendum ^{ak}.

B 96 rb

IV

[Unguntur in pectore et inter scapulas]

In ipso denique partu⁷⁵ sua⁷⁶ renovationis unguntur catechumeni *oleo consecrationis*^{al}, radiante in hac visibili corporis unctione illa cae-

⁶⁴ nectar effuso] nectar eo fuso B. ⁶⁵ redivivo] corr. ex rei divino B.

⁶⁶ ungerent] corr. in unguerent B. ⁶⁷ nectar effuso-odorem suavitatis] om. sed add. in marg. B. ⁶⁸ adscribatur] corr. ex adscribantur B. ⁶⁹ exterioris] corr. ex exteriorum B. ⁷⁰ aures] om. B. ⁷¹ Apocalypsi] corr. ex Apocalypsin B. ⁷² Dominus — auriculam] Dominus Deus aperuit mihi aurem Vulg. ⁷³ inter] in B. ⁷⁴ magnopere] corr. ex. magno opere B.

⁷⁵ partu] partus B. ⁷⁶ sua] suo B.

ak Hieronymus, In Gal. 3, 2 (PL 26, 375).

al Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

lesti et invisibili, quae per infusionem⁷⁷ spiritualis⁷⁸ gratiae, abrasa vetusti erroris rubigine, in corde renascentis nitorem priscae reformat dignitatis. Quod bene illa quoque libri Geneseos (Gen. 8, 11) sacra praemonstrat columba, quae ad vesperum servatricis archae notum repetens domicilium, domestici contubernii alumnis, aestu aquarum diluvii more baptizatorum non interceptis, in ore suo pacis insigne ramum detulit virentis olivae. In fine quippe saeculorum, quando verus sol in passione occubuit, Spiritus sancti donum⁷⁹ gratiae⁸⁰ reconciliationis, qua laetificaretur, mundo emicuit⁸¹. Propterea inquit (Ps. 44, 8): *Unx ite, Deus, Deus tuus oleo iucunditatis p[re]e consortibus tuis.*

Unguntur vero in pectore et inter scapulas, *ubi est sedes et habitatulum cordis, ut⁸² intelligent firma se conscientia et puro corde debere promittere, quod iam relicto diabolo Christi mandata sequantur*^{al}, vel certe, qui ad abrenuntiationem vitae prioris, ad professionem fidei salutaris, ad invocationem sanctae trinitatis, excluso illo singulari fero (Ps. 79, 14), qui⁸³ vineam, de Aegypti nebulosa obscuritate per rubrum mare translatam, devastare non desinit et depasci. Extractis quoque per confessionem atque necatis Jesu pugnante quinque corporeorum sensuum⁸⁴ tyrannis, qui in terra repromotionis ante regnantes⁸⁵ evangelico⁸⁶ resistebant exercitui solis⁸⁷ in consecratis dominium remanet salvatoris. Ita undique sacra circumvallantur unctione, quatenus admoneantur cor suum, divinae redemptionis munere liberum, omni custodia in percepta servare debere gratia, ne rediviva⁸⁸ hostis corruptio incuria tepidioris cautelae aditum inveniat, per quod, unde expulsus fuerat, redeat⁸⁹.

Et quia hoc non alicuius humanae est⁹⁰ facultatis, nisi eius iuvetur ope, cuius redimitur misericordiae virtute, merito hoc quoque visibilis⁹¹ figuratur olei unctione. Eadem quippe unctione, quae docet de omnibus, opitulatur in omnibus.

[Fons baptismatis consecratur]

Porro quod in fontis consecratione sacerdos, dicendo: „*Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus tui*”, ter spirat in aquam, ipsa sui insufflatione demonstrat ad precem suam virtutem purificationis

⁷⁷ infusionem] infusione B. ⁷⁸ spiritualis] spāli B. ⁷⁹ donum] corr. ex dono B. ⁸⁰ gratiae] corr. ex gratia B. ⁸¹ emicuit] corr. ex emiscuit B. ⁸² ut] om. sed. add. super lin. B. ⁸³ qui] om. B. ⁸⁴ corporeorum sensuum] corr. ex corpore eorum sensum B. ⁸⁵ regnantes] regnante B. ⁸⁶ evangelico] corr. in evangelio B. ⁸⁷ solis] corr. ex solum B. ⁸⁸ rediviva] corr. ex redi viva B. ⁸⁹ redeat] corr. ex reddeat B. ⁹⁰ humanae est] corr. ex humana eius B. ⁹¹ visibilis] corr. ex visibili B.

^{al} Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

munere sancti Spiritus simplicibus aquis infundi, ut, sicut ibi dicitur ^{am}, tota consecratae substantia ⁹² aquae ⁹³ regenerandi fecundetur effectu ⁹⁴, ut per naturalem emundationem, quam lavandis potest adhibere corporibus, sit etiam purificandis efficax mentibus. Nam sicut Dominus ait (Joh. 6, 64): *Spiritus est, qui vivificat; caro non prodest qui dquam*, nisi adsit cooperatio ⁹⁵ gratiae vivificantis, mundandus tingi ⁹⁶ potest, ablui non potest, quia simplex aquae elementum corporibus habilem conspicuam utilitatem habet, invisibilem consequendi efficientiam non habet.

Secundum cuius significationis mysterium ipsa aqua chrismatis quoque superinfusi ⁹⁷ inspergitur admixtione, sicut et in primordio creaturarum Spiritus Dei aquis superferri dicitur (Gen. 1, 2), ut iam tunc natura aquarum virtutem sanctificationis, quam in partu renascentium exhibet, concepisse ⁹⁸ videatur.

Iubentur etiam catedhumi nudis incedere pedibus, ut depositis morticinis et carnalibus indumentis agnoscant se illius viae iter arripere, in qua nihil asperum, nihil potest inveniri nocivum ^{an}.

Sed et ipse fons baptismatis septem habet gradus; tres in descensum, propter tria, quibus renuntiamus ⁹⁹; tres in ascensu, propter tria, quae confitemur; septimus vero is ¹⁰⁰ est, qui et quartus, similis Filio hominis extinguentis flammarum ignis (Dan. 3, 49), stabilimentum pedum, fundamentum aquae, in quo plenitudo divinitatis ¹⁰¹ habitat corporaliter (Col. 2, 9) ^{ao}. Per Christum etenim, vere totius boni fontem, qui nobis forma humilitatis semet ipsum exinaniens (Phil. 2, 7) dignatus est fieri, sub potentia manu Dei praeteritorum confessione et paenitentia facinorum salubriter humiliati (I Petr. 5, 6), quod descensus significat, ad salutare lavacrum accedimus; per Christum in die visitationis potiori gloria exaltandi (I Petr. 5, 6) sacra abluti renovatione baptismi ad antiquum meritum, ad arcem virtutum consurgimus. Unde Moyses et Josue ad ¹⁰² praesentiam angeli, typum Domini gerentis, calceamentum pedum solvere, quia locus, in quo stabant, terra sancta esset ¹⁰³, iubentur (Exod. 3, 5; Jos. 5, 16); significante hac calceamentorum solutione, quoniam hoc est vere Dei ¹⁰⁴, qui nusquam habet ¹⁰⁵ vitium ¹⁰⁶, fieri, hoc est vere divinae praesentiae alloquium, et visionem mereri nexus peccaminum ex carnis corruptione contractorum ipsius iubentis, id est facientis, munere solvi.

⁹² substantia] corr. ex substantiae B. ⁹³ aquae] corr. ex aqua B.

⁹⁴ effectu] affectu B. ⁹⁵ cooperatio] corr. ex quo operatio B. ⁹⁶ tingi] corr. in tingui. ⁹⁷ superinfusi] corr. ex superque infusi B. ⁹⁸ concepisse] corr. ex quam cepisse B. ⁹⁹ renuntiamus] corr. ex renuntiavimus B.

¹⁰⁰ iis] corr. ex his B. ¹⁰¹ divinitatis] corr. ex dignitatis B. ¹⁰² ad] corr. ex a B. ¹⁰³ esset] corr. ex esse B. ¹⁰⁴ Dei] corr. ex Deo B. ¹⁰⁵ habet] habent B. ¹⁰⁶ vitium] corr. ex vicinum B.

am Benedictio fontis in Sabbato sancto.

an Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

ao Isidorus, II De eccles. off., c. 25 nr. 4 (PL 83, 821).

B 96 vb Verum cum in praeparationem evangelii pacis apostolus¹⁰⁷ | pedes evangelizantium contra pulverem elationis, quae vacui concitatur aura¹⁰⁸ favoris, iubeat communiri calceamento (Act. 12, 8) semper prae oculis posito propriae infirmitatis merito, catedhumeni nudis iubentur gressibus incedere, quorum est verbum evangelii humiliter audire, neandum publice praedicare. Calceamentum enim humilis evangelii praedicatio est, quo¹⁰⁹ inter reliqua paternae dignitatis insignia donatur delapidator patrimonii filius, verbis paenitentiae patri reconciliatus (Luc. 15, 22).

[Trina mersione baptizantur]

Proinde, cum istis quasi vehiculis spiritualibus electus sive catechumenus in fide processerit, tunc eum necesse est unici lavacri baptismate consecrari; in quo sacramento baptizatus trina mersione perficitur. Et recte; nam qui in nomine trinitatis baptizandus accedit, ipsam utique trinitatem trina debet mersione signare, et emundatus ab omni peccatorum contagio, quod ignorantia vel infirmitate vel industria contrahitur, illius se agnoscere beneficiis debitorem, qui tertia pro eo die resurrexit a mortuis ap.

V

[Caput chrismate ungitur]

Sumptis dehinc albis vestibus caput eius sacri chrismatis unctione perungitur¹¹², ut intelligat baptizatus regium¹¹³ in se ac¹¹⁴ sacerdotale convenisse mysterium. Chrismatis enim oleo sacerdotes et principes ungebantur, ut illi offerrent Deo sacrificia, illi populis imperarent^{aq.}.

Chrismatis vero unguentum Moyses primum in Exodo, iubente Domino, composuit (Exod. 30, 7); quo primum Aaron et filii eius in testimonium sacerdotii et sanctitatis peruncti sunt. Deinde quoque et reges eodem chrismate sacrabantur; unde et christi nuncupabantur, sicut scriptum est (I Par. 16, 22; Ps. 104, 15): Nolite tangere christos meos. Eratque eo tempore tantum in regibus et sacerdotibus mystica unctionis, qua Christus figurabatur; unde et ipsum nomen a¹¹⁵ chrismate dicitur.

Sed postquam Dominus noster verus rex et sacerdos aeternus a Deo Patre caelesti ac mystico unguento est delibutus, iam non soli pontifices

¹⁰⁷ apostolus] corr. ex apostolis B. ¹⁰⁸ aura] corr. ex aure B. ¹⁰⁹ quo] corr. in quia B. ¹¹² perungitur] corr. in perunguitur B. ¹¹³ regium] corr. ex regnum B. ¹¹⁴ ac] corr. ex hac B. ¹¹⁵ a] corr. ex ad B.

ap Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

aq Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

et reges, sed omnis¹¹⁶ ecclesia unctione chrismatis consecratur¹¹⁷, pro eo quod membrum est aeterni regis et sacerdotis. Ergo quia genus sumus sacerdotale et regale (I Petr. 2, 9), ideo post lavacrum ungimur, ut Christi nomine censemur^{ar.}

[Caput linteo tegitur]

Ad imaginem quippe sacerdotii plenius exprimendam renascentis caput etiam lintei decore componitur. Nam sacerdotes illius temporis quodam mystico velamine caput semper ornabant (Exod. 29, 6) as; significantes principale nostrum, id est rationem, quam esse¹¹⁸ in vertice docent, iustitiae indumento semper decorandam, iuxta quod in Psalmo legitur (Ps. 131, 9): Sacerdotes tui induantur iustitia. Gemina nempe renatorum¹¹⁹ unctionio, qua primum simplici oleo, dein chrismatis consecrantur unguento, geminum est spiritualis gratiae donum, quo et peccatorum laboribus medetur, et amissae virtutis meritum refunditur.

B 97 ra

[Albis vestibus induuntur]

Cuncti vero regenerati albis vestibus induuntur, ad mysterium resurgentis ecclesiae; sicut Dominus ipse et salvator coram¹²⁰ quisbusdam discipulis ac prophetis ita in monte transfiguratus est, ut diceretur (Matth. 17, 2): Resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt candida sicut nix. Quo facto, sicut dictum est, splendorem resurgentis in futurum figuravit ecclesiae; de qua item scriptum est (Cant. 5, 6): Quae est ista, quae ascendit dealbat a? Utuntur igitur albis vestibus, ut quorum primae nativitatis infantiam vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secundae generationis reparatae gloriae praef'erat indumentum, et ad mensam sponsi caelestis nuptiali¹²¹ veste circumdatus novus homo occurrat^{at.}

VI

[Ab episcopo confirmantur]

Iam denique in exactione omnium renovationis nostrae sacramentorum illa manus impositio frontisque perunctio, quae tantum pontificali agitur¹²² dignitate, supereminens est largitio septiformis gratiae,

¹¹⁶ sed omnis] pro omni B. ¹¹⁷ consecratur] consecrantur B. ¹¹⁸ esse] esset B. ¹¹⁹ renatorum] corr. ex regnatorum B. ¹²⁰ coram] corr. ex quorum B. ¹²¹ nuptiali] add. del. agitur B. ¹²² veste circumdatus — agitur] om. sed. add. in marg. B.

ar Isidorus, II De eccles. off., c. 26 nr. 1 (PL 83, 823).

as Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

at Johannes Diaconus c. 6 (PL 59, 403; ed. Wilmart 174).

qua¹²³ in adoptionem filiorum Dei (Ephès. 1,5) per sacram pontificis benedictionem sanctique Spiritus invocationem asciti, spiritualium perceptione charismatum reddimur digni. Quatenus virtute regeneratricis undae, egestis de arvo cordis nostri ruderum praevaricatione concretorum¹²⁴ squaloribus, viva ibi boni germinis plantaria eiusdem sancti Spiritus gratia inrorante caelestium incipient¹²⁵ proventuum¹²⁶ copia virere, effuso eodem¹²⁷ uberioris nobis impertito Spiritu sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, et timoris Domini (Is. II, 2), et dante in cordibus nostris virtutis suae signa, sanguinem fidei, ignem caritatis, et fumeum vaporem spei, adhuc sublumentis in nubilo aenigmatis virtutis suae, proque dilatae expetitionis desiderio, devotas fletuum guttulas elicientis. Plus namque novit conferre exuberantia gratiae, quae manus impositione percipitur; minus origo meruit naturae, cuius in baptismo amissae decus gloriae reformatur.

Per hanc consecrationis summam mens fidelis efficitur sancti Spiritus gratum domicilium, quae dudum fuerat horrens spelunca latronum. Sine hac¹²⁸ improbabiliter asseritur quemquam, licet non a regno exclusum, caelestis curiae primoribus admiscendum. Sine qua etiam in praesenti ecclesie ad¹²⁹ dignitatem sacrorum ordinum non cito crediderim admittendum. Alioquin quomodo legiti me exactis¹³⁰ inferiorum stipendiis ad¹³¹ episcopale promoveri quibit fastigium, ubi cogatur dare, quod detractavit accipere? Cuius perceptio sicut veniabilis est aliqua necessitudine intercepta, ita damnabilis redditur, minus provide neglecta.

Sed iam rimosam revehamus ab aequore cymbam, incurrat scopulos ne vagabunda feros. Amen.

¹²³ qua] corr. ex quia B.

¹²⁴ concretorum] corr. ex consecratorum B.

¹²⁵ incipient] corr. ex incipiunt B.

¹²⁶ proventuum] corr. ex proventum B.

¹²⁷ eodem] corr. ex idem B.

¹²⁸ hac] corr. ex hoc B.

et B.

¹²⁹ ad] corr. ex et B.

¹³⁰ exactis] corr. ex exactis B.

¹³¹ ad] corr. ex et B.